

Absque salutari enim cognitione ista recte  
Deum nec invocare, nec salvari pos-  
sumus: *ut ter S. Athanasius in Symbolo  
suo affirmat.*

Consultius igitur nihil fuerit, quam ut agni-  
tum verum Deum καὶ δὲ ὁμολογῶμεν cola-  
mus: usque dum Jehovam Dominum  
nostrum videamus, sicuti est in futura  
beata vita. 1. Joh. 3. 2.

## DE DEO PATRE

DOMINICA X.

Ex Quæst. 26.

DEUS PATER OMNIUM CREA-  
tor & conservator est: maxime fide-  
lium.

TEXTUS Johan. 20, 17.

*vers. 17. Jesus dicit Mariæ, Ne me tangito:  
nondum enim ascendi ad patrem meum  
sed proficiscere ad fratres meos, & dic eis,  
Ascendo ad Patrem meum, & Patrem  
vestrum, & Deum meum, & Deum ve-  
strum.*

QUÆST. 26. Quid credis cum dicis: Cre-  
do in Deum Patrem omnipotentem,  
cratorem cæli & terræ?

RESP. Credo æternum Patrem Domini nostri